TRAGICORVM GRAECORVM

FRAGMENTA

TRAGICORVM GRAECORVM

FRAGMENTA

RECENSVIT

AVGVSTVS NAVCK



LIPSIAE
SVMPTIBVS ET TYPIS B. G. TEVBNERI
A. MDCCCLVI.

AVGVSTO MEINEKIO

COMITI HVIVS OPERIS BENEVOLO

S. D.

AVGVSTVS NAVCK

PRAEFATIO

In adornandis his tragoediae Graecae reliquiis nihil antiquius habui quam ut verba poetarum ad codicum fidem revocata, quantum liceret sine audaciae et temeritatis crimine, emendarem. Brevitati et simplicitati ubique operam dedi: itaque in librorum lectione indicanda eum modum tenui, ut potiora quaeque afferrem, missas plerumque facerem deteriorum librorum scripturas et interpolationes sive librariorum sive editorum, quae recto iudicio officerent magis quam prodessent. Emendationum auctores indagare studui, subscriptorum nomina fere ubique omisi: in levioribus vitiis simpliciter traditam lectionem indicavi. Coniecturas doctorum hominum paucas attuli maximeque probabiles; commenta temeraria aut vitiosa silentio premere malui quam operose refutare, nec mecum benignius quam cum aliis egisse mihi videor. Testes singulorum locorum diligenter conquisivi neque imitationes certas et indubias neglegendas putavi: sed Apostolium et Arsenium iis tantum locis memoravi ubi lectionem notatu dignam praeberent; Maximi Confessoris eclogas, quarum accuratam recensionem desiderarem, semel attuli in Eur. fr. 1027. Draconem de metris et Philemonis lexicon ideo toleravi, quod perpaucis locis eorum mentio facienda esset; personato Plutarcho *ὑπὲρ εὐγενείας* cur eandem veniam impertire noluerim, docebit Fr. Dübnerus in Plutarchi edit. Didot. vol. 5 p. x. De argumentis singularum fabularum quae nossem veterum testimonia pleraque apposui, alia significavi; item si quid probabili coniectura indagari posset, paucis adumbrare conatus sum: oeconomiam vero dramatum nobis ereptorum e laceris frustulis instaurare irrita fuerit contentio; in aliquot Euripideis fabulis, quibus benignior

sors obtigit, non verbosa disputatione, sed probabili locorum dispositione iis qui actionis decursum rimarentur viam indicare temptavi. Qui vero ingeniosam illam somniandi id quod voluerint artem profitentur, ὀνειροκρίτας suos alibi quaerant. Vituperandi doctos indoctosve homines occasionem non captavi sed anxie fugi. Rationes quas aut in lectione constituenda aut in dispositione locorum secutus essem, fere nusquam indicavi, quod delictum ii qui μέγα βιβλίον μέγα κακὸν iudicarint facile excusabunt, praesertim cum eruditis, non discipulis aut tironibus inservire voluerim.

Habes consilium huius libri et rationem. Si quaeris, quid praestitisse mihi videar, ingenue equidem fateor in elaborando hoc opere vix ullam fuisse paginam quin difficultatem materiae ineluctabilem ac mearum virium imbecillitatem persentiscerem. Sed si quis candidus iudex diligenti comparatione instituta, quid nostra sylloge a prioribus editionibus differat, investigandum sibi sumpserit, haud pauca suppleta, satis multa emendatius scripta inveniet. Atque ingenii aciem et emendandi facultatem si spectes, non obstabo quominus alii mihi longe praeferantur: studii diligentiae fidei laudem prorsus denegatum mihi iri non opinor. Maximo autem emolumento mihi fuit benevolentia eius viri, cuius unius sagacitati et doctrinae plurimum haec fragmenta iam dudum debebant, AVGVSTI MEINEKII. Laudare virum laudatissimum non est aut personae meae aut huius loci: sed gratissima memoria horas illas recolo, quibus obortas de his fragmentis vel dubitationes vel suspiciones familiari colloquio expendimus, et fateor me nunquam a Meinekio discessisse quin aliquid didicissem aut quin viri egregie cordati virtutes et ingenium magis diligerem et venerarer. Quis inde ad meas res fructus redundarit, tum ex ipso opere tum ex supplementis praefationi subiectis facile patebit. Per eundem Meinekium accepi THEODORI BERGKII complures emendationes egregias, quibus auctor ingenii laude florentissimus maxime sibi me devinxit. De Stobaei Florilegio fonte nostrae sylloges primario et longe uberrimo FRIDERICVS DVEBNERVS ultro mecum communicavit lectiones codicis optimi, dico Mendozae librum Escorialensem, cui et Sophocleorum auctarium

debemus (fr. 868[a]) et luculentas aliquot traditae scripturae emendationes: multo maiorem inde utilitatem cepissemus, nisi Vindobonensis libri lectiones haberemus per Gaisfordum publici iuris factas*. De Erotiani locis quibusdam Parisinos codices mea causa inspexit DAREMBERGIVS medicorum *φιλολογώτατος*. In Euripideis fr. 775 et 781 emendandis IMMANVELIS BEKKERI schedis non sine fructu usus sum. Denique MARTINVS HERTZIVS ea quam multi experti sunt humanitate e Prisciani apparatu quae desiderassem liberalissime mihi concessit. His viris, quibus maxime obstrictum me sentio, velim opera mea ne improbetur. De specimine, quod anno superiore edidi (Observationes crit. de tragicorum Gr. fragm., Berol. 1855. 58 pagg. formae quadr.), admodum benevole iudicavit MAVRICIVS SCHMIDTIVS, cuius censuram editam in Mützellii viri clarissimi *Zeitschr. f. d. Gymnasialw.* IX p. 932—937 postea nactus sum quam mea fragmentorum sylloge typis descripta est.

Pauca addo de iis locis quos admittendos non putarim. Neminem fugit saepissime veteres scriptores, ut fallax est in his rebus memoria, poetarum nomina confudisse: istud errorum genus enarrare infinitae fuerit operae; sed cum G. Dindorfii Poetae scenici Lipsiae a. 1830 editi in plerorumque manibus sint, huius libri rationem habuisse mihi sufficiet. Itaque ab *Aeschyleis* fragmentis exclusi locum Athenaei X p. 573 B: *καταλέξω δέ σοι — Ἰωνικήν τινα ῥῆσιν ἐκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλον* (Dind. fr. 311), de quo v. Meinek. Exerc. in Ath. spec. 2 p. 29; deinde Platonis Reip. VIII p. 550 C: *τὸ τοῦ Αἰσχύλου λέγωμεν ʻἄλλον ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένον'* (Dind. fr. 327) propter Aesch. Sept. 451 et 570; tum Poll. 2, 125 (Dind. fr. 340), ubi recte nunc legitur *καὶ ʻἀπεριλάλητος Αἰσχύλος'*, quae Aristophanis sunt verba; porro Etym. M. p. 674, 20: *πλάστιγξ, ἡ μάστιξ ἀπὸ τοῦ πλήσσειν*

* Codex Escorialensis, quem littera M significavi, omittit titulos 118—121, item quod annotasse haud inutile erit, hos locos: Flor. 2, 7. 8. 3, 3. 14. 15. 18. 4, 19. 30. 31. 37. 38. 5, 2—8. 17—22. 7, 2. 9. 8, 12. 9, 5. 13. 23. 12, 2. 3. 13, 7. 16, 5. 17, 5—7. 20, 18. 25—27. 32—34. 38—40. 22, 7. 8. 32. 24, 6. 29, 13. 15. 16. 37. 44. 56. 30, 1. 39, 1—5. 43, 12. 13. 16. 46, 13. 14. 98, 22. 44. 46. 108, 23. 111, 3. 116, 31.

παρ' Αἰσχύλῳ (Dind. fr. 356), quae ad Choeph. 290 spectant; tum Schol. Ar. Ran. 886 (Dind. fr. 382), ubi verba ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἔπος Αἰσχύλου a libris aut omnibus aut plerisque et optimis absunt; denique Phot. Lex. p. 246, 23 (Dind. fr. 387) *Μαραθώνιον ποίημα Αἰσχύλος*, ubi *Αἰσχύλου* legendum esse vidit, nisi fallor, Bergkius; postremo Anecd. Bekk. p. 363, 17: *αἰῶ τὸν αἰῶνα κατὰ ἀποκοπὴν Αἰσχύλος εἶπεν* (Dind. fr. 413), quoniam haec forma Choeph. 350 nunc restituta est. *Sophocli* ademi duos hexametros ex Schol. Soph. Oed. C. 378 susceptos (Dind. fr. 230):

ἐκ μὲν Ἐριχθονίου ποτιμάστιον ἔσχεθε κοῦρον
Αὐτόλυκον, πολέων κτεάνων σίνιν Ἄργεϊ κοίλῳ,

de quibus versibus dictum in Soph. fr. 222 p. 145. Iambus *χαρά μ' ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλουμένη* (Schol. Od. *T*, 471 et Eust. Od. p. 1872 f. sive fr. 786 D.) non Sophoclis est, sed Aeschyli; Suidae v. *καταινέσαντος* (fr. 893 Dind.) cur non receperim, ex ipso Suidae loco disces. In corrupto *ὀστιβογμεύς* (Gramm. Coisl. p. 237 sive fr. 917 D.) latere Philoctetae verba *στίβον ὀγμεύει* intellexit Meinekius. Denique Photius Lex. p. 359, 8 (fr. 924 D.) verba *οὐκ ἐκφρῶσιν* non debebat Sophocli tribuere, Euripidea esse agnovit ipse Dindorfius P. Scen. p. XXIX. Accedo ad *Euripidea*. Anecd. Bekk. p. 78, 21: *αἰσχροκερδής· Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ* (fr. 36), fabulae nomen dudum correctum est ex Andromach. 451. Iambus Euripidis Archelao (fr. 35) olim adscriptus, *τὸ συνεχὲς ἔργον παντὸς εὑρίσκει τέλος* (Stob. Flor. 29, 12), Anaxandridis est Com. 3 p. 199, id quod codices Stobaei docent. Hippolyto vel. fr. 5 non recte adscribuntur verba Aristophanis *μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ*: quod Schol. Ar. Vesp. 751 habent *ἐξ Ἱππολύτου Εὐριπίδου*, referendum ad verba *κείνων ἔραμαι κεῖθι γενοίμαν*, quibus simillimi sunt superstitis Hippolyti versus 219 et 230. Versum *ἔχει τελευτὴν ἥσπερ οὕνεκ' ἐγένετο* (fr. inc. 69) unus prodidit Aristoteles Phys. auscult. 2, 2 p. 194 a 31, ubi *Εὐριπίδης ὁ ποιητής* praebet codex F, simpliciter *ὁ ποιητὴς* ceteri: comoediae probabiliter adscripsit Meinekius Com. 5 p. 123. De fr. inc. 155: *ἢ φρονεῖν ἐλάσσονα ἢ δύνασθαι δεῖ σε μείζον'*, dixi Observ. crit. p. 55. Ex Antiphane (Com. 3 p. 119 sq.)

Athenaei X p. 446 A apparet vinum *ἀρκεσίγυιον* dictum esse non ab Euripide, sed Philoxeno: fallitur igitur Dindorfius, qui hinc fr. inc. 161 repetiit, cum Eustathio, de cuius loco in Aesch. fr. p. 12* dixi. Libanii locus Decl. vol. 4 p. 861: Euripides *διαρρήδην φησίν ‘οὐ πλοῦτος οὐ τυραννὶς τοῦδε βέλτιον’* (fr. inc. 176) referendus est ad Orest. 1155 sq. Quae Stobaeus Flor. 84, 2 habet, *τὸν τῇ φύσει οἰκεῖον οὐδεὶς καιρὸς ἀλλότριον ποιεῖ* (fr. inc. 178), comico deberi olim coniecit Meinekius, Menandrea esse docuit codex Vindob. Choeroboscus in Theod. p. 124, 16 (Anecd. Bekk. p. 1187) non Euripidis (fr. inc. 193), sed Eupolidis servavit verba, *ταὐτὸν ποιεῖ τό τ' Ἀττικὸν τῷ ζελὰ* (fort. *τῷ ζειλὰ*) *συγκεραννύς*: scripturam *παρ' Εὐπόλιδι* debemus codici Marciano. Iohannes Lydus de mens. 4, 44 p. 78, 4: *Εὐριπίδης δὲ Ἀφροδίτην αὐτὴν ἀξιοῖ ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ ἄφρονας τοὺς ἐρῶντας ἀποτελεῖν* (fr. inc. 206), superstitis dramatis locum respicit Tro. 990, sicut quae in Etym. M. p. 52, 46 ex Euripide afferuntur (fr. inc. 207) *μόσχον ὑπερήκριζον*, e Bacch. 678 repetita sunt. Denique non ausus sum fr. inc. 163 propagare, quod e Maxim. Conf. vol. 2 p. 684 ed. Combefis. viri docti arripuerunt:

βέβαιον οὐδέν ἐστιν ἐν θνητῷ γένει·
βιοῖ γὰρ οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται τρόπον.

Diphilo hos versus tribuit Stobaeus Flor. 105, 47: in duo fragmenta recte locum dispescuit Meinekius Com. 4 p. 424, quare de alterius versus auctore ampliandum.

Minoribus tragicis quos locos Wagnerus non recte obtruserit, nolo persequi. Vnum commemoratione dignum iudico, iambum quem Phrynicho tribuit Zonaras Lex. v. *ἐξ ὀφθαλμῶν* p. 757, *ἐγὼ δέ, μισεῖ γάρ μ', ἄπειμ' ἐξ ὀμμάτων*, non tragici videri esse, sed comici. Nam illud quod Etym. M. p. 755, 24 Etym. Gud. p. 216, 11 et partim Anecd. Oxon. vol. 2 p. 347, 25 legitur, *σειραῖς ἀφύκτοις ὃν διαρθροῖ δακτύλοις*, iam alii indicarunt unde depromptum sit; est enim Iohannis Damasceni, de cuius hymnis nuper disputavi *Zeitschr. f. d. Alterth.-Wissensch.* 1855 p. 19—22.

Longe maximis difficultatibus extremum huius operis caput obstructum fuit, illud quo adespota fragmenta complexus

sum. Moliminis ipsius ea est natura, in quo nemo facile aut aliis aut sibi satis facturus sit. Nam quo intentiore studio rem administraris, eo proclivius errabis, et quidquid egeris, utique plurimi erunt loci quos alii additos, exclusos alii optarint. Diserta testimonia aliquoties a me spreta fateor. Veluti exclusi locum codicis Vossiani in Gaisf. Etym. M. p. 2103 F: *καὶ τὶς τῶν τραγικῶν φησίν 'ἑκατογκεφάλα Τυφῶ'*. Non mirer si quis haec Sophocli vindicarit, a quo genetivum *Τυφῶ* usurpatum tradit Hesychius. Cum tamen verba *ἑκατογκεφάλα Τυφῶ* in Aristoph. Nub. 336 legantur, probabilius puto grammaticum errasse quam, quod suspicari licuerit, tragici poetae verba ab Aristophane esse expressa. Nec recipiendum duxi Hesych. 2 p. 693: *νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες· τοῦτο φασὶν ἐξόδιον εἶναι τραγῳδῶν 'νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες τῶν ἐσθλῶν ἄφθονοι ἔστησαν'*: nam pro *τραγῳδῶν* scribendum *ῥαψῳδῶν* ex Eustathii loco, quem attulit Meinekius Com. 2 p. 230. Singula poeseos genera nusquam gentium tam certis notis quam apud Graecos signata esse constat: nihilominus Apollinea arte opus fuerit, ut ubique dignoscas, quid tragoediae debeatur, quid comici sit generis, quid aliunde repetitum. Nam et tragoedia aliquando remissior est, et comicus lusus ut plurimos delibat aliorum poetarum flosculos, ita haud raro ampullas tragicas imitatione felicissima affectat. Atque in hac quam omnes admiramur Grai ingenii indole ne vulgus quidem Musarum et Gratiarum expers fuit, et proverbia innumera per quotidianae vitae strepitum prognata cum praestantissimis poeseos exemplis certant. Quid? quod etiam noviciorum poetarum quaedam carmina orationis suavitate et numerorum elegantia mirifice aures nostras demulcent et fallunt perversumque agunt iudicium. Hinc excusationem petierim, si quando excesserim iustos fines aut nimis cautus quaedam omiserim. Versus a Zenobio 3, 23 allatos:

μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις,

tragoediae adscribere quis dubitarit? At Palladae tribuuntur in Anthol. Palat. 10, 95. Adespoton Platonis q. d. de iusto p. 374 A et Macar. 6, 72: *οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς οὐδ' ἄκων μάκαρ*, cuius poetae sit, coniectura nemo augurabitur: Epi-

charmeum esse versum probavit Schneidewinus Philol. vol. 8 p. 651. Quae Suidas v. *ζυγῶσαι* apposuit, *ἥρως ζυγώσας εὐσθενεστάτῳ θράσει ταύρους*, fuerunt qui Aeschylo vindicarent; equidem Byzantinae aetati haec deberi suspicor, neque aliter statuo de versibus ab eodem Suida v. *σφαδᾴζειν* proditis: *σφαδᾴζων ἔνδοθεν πολλοῖς λόγοις ὥσπερ τις ἀσκὸς δέσμιος γλεύκους ζέων*. At etiam imprudentibus scriptoribus saepe integri versus ac nonnunquam complures deinceps excidunt. Compares verbi causa Aristaeneti qui vulgo appellatur Epist. 2, 14: *χθὲς ἐπὶ τὸ σὸν | δωμάτιον εἰσιοῦσα θᾶττον ἢ βάδην | ἔκλαον ὑφ' ἡδονῆς*, et mox ibidem: *ὅτι δὴ πάλιν ἑξῆς ἀνανεοῦνται τὸν πόθον· | μᾶλλον δὲ νῦν χαριεστέρου καὶ μείζονος*, in quibus poetae membra latere nemo contenderit, vel Georg. Pachym. ed. Boiss. p. 27: *τέλος ἐγύμνου τὸ ξίφος· | ἐγὼ δ' ὑπεῖχον τὸν τράχηλον εἰς σφαγήν*, vel quae Socrati tribuit Stobaeus Flor. 3, 72: *ὥσπερ εἰς κενὸν σκάφος τὸ ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἕρμα δεῖ προσεμβάλλειν*, ubi si *προσεμβαλεῖν* scripseris, tres habebis dimetros trochaicos. Vnde magnopere vereor ne idem mihi quod aliis acciderit, ut fortuitis numeris passim deceptus sim. Quam facilis sit error, discas, ne plura afferam, ex Schol. Aristot. p. 100 a 31 ed. Brandis.: *ἄλλη γὰρ ἄλλῳ γλῶσσα, φησὶν ἡ ποίησις*, nimirum Homerus in verbis notissimis, *ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων* Il. *B*, 804.

Sed iam vela contraho. Restant plurima in hoc libro quae aliorum opem efflagitent. Dies multa nos docebit, et gaudebo equidem, si qui doctrina instructiores vel ingenii acumine vel novis usi subsidiis obscura illustrarint, corrupta expedierint, manca suppleverint: at lubrica est via quam ingrediuntur qui poetarum reliquiis operam navarint, neque aliis potius quam sibi quemque par est diffidere.

Scribebam Berolini mense Februario a. MDCCCLVI.

ADDENDA

Aeschyli fr. 25 *ὕδατι συζῶν* in *συζῶν ὕδει* mutandum olim suspicabar, idemque coniecit Meinekius. At *ὕδει* unus, quantum scimus, dixit Hesiodus Op. 61. Facilius igitur crediderim *ἀνθρωποειδοῦς θηρὸς ὕδατι συννόμου* vel simile quid poetam dixisse.

fr. 43, 3 *εὐνάοντος* defendit Meinekius in Theocr. p. 425.

fr. 50. Verba '*καὶ τὰ ἑψητά Αἰσχύλος τροφοῖς*' loco suo mota et cum praecedente glossa *ἑψητοί* iungenda esse ci. M. Schmidtius.

fr. 70 *πήσομαι* codex M, unde *τλήσομαι* suspicari licuerit.

fr. 145. Photio *διαπέπλακε* (pro *διαπέπλευκε*) restituit Cobetus V. L. p. 121, recte, nisi quod *ἀναπέπλακε* praetulerim.

fr. 176, 3 *τρίτα* in Schol. Od. habet codex D.

fr. 269, 2 *νηδύος χυλώμασιν* ci. Meinekius.

fr. 308, 2 *τέκνωμα* alibi non legitur: fortasse corrigendum *σήκωμα*, de quo nomine dixit Lennepius in Phalar. Ep. 57.

fr. 332 nunc *ὁ Βακχᾶς* malim, qua forma Sophocles fr. 608 usus est.

fr. 346 *Εὐβοικὸν ξίφος* mihi suspectum: certe *Εὐβοικός* dubito num trisyllabum sit. Cur *Εὐβοΐδα* in Aeschyli fr. 29 Eur. fr. 659 Ion. fr. 18 retinuerim, quod nunc Seidlero auctore *Εὐβοῖδα* scribi solet, hanc causam habui, quod *Εὐβοῖδα* similisve forma in trimetro iambico nusquam, semel fortasse (Eur. Heracl. 84) in dochmio requiritur.

fr. 348 *γέρων δὲ γραμματεὺς [πέφυ]κεν οὐ σαφής* ci. Meinekius.

fr. 365 *δυσέκδυτον* conieci, quod probat Meinekius, qui *τεύχημα* in *τύκημα* mutandum iudicat.

fr. 370, 1 *πυρὸν γέρας* Schol. Od. codex E, *πυρὸς σέλας* D.

fr. 381. Cum codice A consentit M.

Sophoclis fr. 20 *Ταύρειον στόμα* proposuit M. Schmidtius.

fr. 21, 2 *ἠλοῆσαι* in *ὗν ἠλόησα* mutandum esse ci. M. Schmidtius.

fr. 24, 3 *κινεῖ τις αὔρα κἀνακουφίζει πτερόν* ci. Dindorfius.

fr. 61, 2 *τεκόντας κἀναθρέψαντας* ci. Meinekius.

fr. 86, 5 *οἵ τ' ἔχοντες ἀρνοῦνται στυγεῖν* ci. Meinekius. Idem vs. 10 *γλώσσῃ σοφὸν* interpolatoris esse iudicat, Sophoclem *γῆρας νέον* scripsisse arbitratur, sicut *δυσώνυμον γῆρας* dixit Eur. fr. 579.

fr. 104 Euripidis esse iam F. Guil. Schmidtius de ubertate Sophoclis Magdeburg. 1855 p. 9* coniecit.

fr. 154, 1 *ἐφήμερον* in *ἀνήμερον* mutarim, cf. Mosch. Id. 1, 10.

fr. 235, 3 *λιβρῶς ἔω* suasit M. Schmidtius: cf. *λιβρὸν σέλας* adesp. fr. 181.

fr. 237 *ἅψεται* debetur Valckenario in Eur. Hipp. 604.

fr. 338, 1 *θεοὶ γὰρ* etiam codex Voss. ΛΕΓΕΝ (pro *λέγειν*) codices Paris. et Voss. vs. 3 ΞΥΝΑΙΝΕϹΟΤΑΤΑΥΤΑ iidem, ΞΙΝΑΙΝΕϹΟΤΑΤΑΥΤΑ Monac.

fr. 343, 4 fortasse *καλεῖ δὲ* corrigendum.

fr. 396, 9 *πιστὰ* Wagneri est coniectura, *στιλπνὰ* mavult M. Schmidtius.

fr. 435, 3 *μετὰ κόπον* recte Brunckius.

fr. 465 *οἶδά πω μύσαν* ci. Meinekius, et *πω* praeivit Dindorfius.

fr. 501 initium redintegrare temptavit Meinekius hunc in modum: *οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς ἐφύτην, ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηίδος ἐκ Νεαίρας βλαστάνεσκε.*

fr. 521, 5 *ἁγνοίᾳ* scribendum cum Brunckio.

fr. 537 *σὺ δ' ἐν φρενὸς* ci. Meinekius.

fr. 592, 2 *καὶ φονῶσ' ἀγώνυμος* proposuit M. Schmidtius coll. Hesych. vv. *ἀγώνυμος* et *γώνυμος*.

fr. 630 in Prisciani loco *βαρύνομαι τούτου* (deleto *καὶ*) e codicibus legendum est. Sophocleo in versu *ὀσμῆς* ΙΔΟΥ *ὅπως* temptabam. Codices Paris. et Voss. ΟΙΤΩC pro *ὅπως* praebent.

fr. 638 in Hesychii loco *τὰ φρύγια πυρεῖα* scribendum.

fr. 682 *θεοῖσι ῥέξ' ἐπακτίοις* ci. Meinekius.

fr. 728 Sophocli versum vindicavit non Bergkius, sed Buttmannus; *διαπατᾷ* pro *διασπᾶται* iam Heindorfius restituit.

fr. 734 *ἐπὶ γῆς* in Hesychii loco corrigit Meinekius.

fr. 736, 12 *κἀποληροῦντος πατρός* optime restituit M. Schmidtius.

fr. 742 Meinekius corrigit: *ζημίαν λαβεῖν ἄμεινόν ἐστιν ἢ κέρδος κακόν.*

fr. 810 *ἔργα θ' οἷς λέγεις ἴσα* (vel *ἴσος*) ci. Meinekius.

fr. 821 *ἔχει γὰρ ἕδραν* ci. Brunckius.

fr. 833, 2 *χρημοσύνᾳ* aut *τλημοσύνᾳ* ci. Ellendtius.

fr. 856, 8 *ψυχή*] *πνοή* ci. Meinekius. mox *οὐχὶ* Grotius, *οὔτι* libri.

fr. 875, 1 *ἥλιος ἐποικτείρειέ με* ci. Wagner.

Euripidis fr. 162, 2 *ἀφύλακος* et vs. 4 *ἣν δ' ἂν προσῆται κύπριν* ci. Meinekius.

fr. 194, 2 *πόλει τ' ἀρεστός* corrigendum suspicor.

fr. 230 cf. Theophyl. Simoc. Hist. 7, 17 p. 304: *Ἀναξαγόρας δὲ ὁ προσαγορευόμενος φυσικὸς τὴν τηκομένην κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν χιόνα τῆς τοῦ ποταμοῦ πληρώσεως ὑπάρχειν αἰτίαν ἐδόξασεν· ᾧ καὶ ὁ τραγῳδοποιὸς Εὐριπίδης πειθόμενος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ποιήμασι τοῦτο συντέταχε.*

fr. 265 *ἔστι τι καὶ παρὰ δάκρυσι κείμενον* | *ἡδὺ — οἴκῳ* ci. Meinekius.

fr. 345, 2 fortasse respicit Aristoteles qui dicitur *περὶ εὐγενείας* in Stob. Flor. 88, 13: *ὥσπερ φησὶ καὶ Εὐριπίδης, οὐχὶ τῶν ἔκπαλαι σπουδαίων εὐγένειαν φάμενος εἶναι, ἀλλ' ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἁπλῶς.*

fr. 362, 11 *οἰκήσῃ* verissime corrigit Meinekius.

fr. 372, 2 *δῆλον οἷ πορεύομαι* ci. Erfurdtius.

fr. 406, 2 *ὅπως πλείστας* Erfurdtius. vs. 3 fortasse *εἴπερ δώμασιν τροφὴ παρῆν* leg.

fr. 417, 2 respicit anonymus Anth. Pal. 14, 10: *σιγῶσ' ὅταν δεῖ καὶ λαλοῦσ' ὅταν δέοι.*

fr. 441 corrigendum videtur *πλοῦτος, οὐ φειδὼ βίον.*

fr. 571, 2 *γνώμας σκοπῶν ὡσείτε* ci. Meinekius.

fr. 574 ἀκρίζων ποσίν poetam dixisse ci. Meinekius.

fr. 575, 8 τὼ φύσαντε non probabile est, cf. Valck. in Eur. Phoen. 34.

fr. 596, 5 respicere videtur Perictyone Stobaei Flor. 79, 50: ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος (οὐρανὸν συναψάμενα ci. Meinekius) ἀμφιχορεύει.

fr. 597, 1 ἀκάμας τε πέριξ χρόνος ἀενάῳ ci. Meinekius.

fr. 620, 2 οὐ χῶμα γαίας scribendum cum Meinekio.

fr. 707 ἀλλὰ τί χρέος εἴπατε suadet Meinekius.

fr. 739, 2 ὅσην ἔχει δόκησιν ἀξιώματος cum Meinekio scripserim.

fr. 839. In Menandri mon. 117 ἢ κακήγορος editio Aldina.

fr. 848, 3—5 a praegressis dirimit Meinekius, qui vs. 3 τὸν φύσαντα praefert et vs. 4 μήτε συνθύτης ποτέ (deleto θεοῖς) scribendum conicit.

fr. 902, 7 καὶ ὅπου καὶ ὅπως ci. Meinekius: an καὶ ὅτῳ καὶ ὅπως leg.? vs. 4 πράξιας vel πρηξίας Themistius.

fr. 993 ἐμός] ΕΜΟΙC codices Mon. et Par.

fr. 1039, 4 ὅ τ' ὄλβος ὡς ἔξωθέν ἐστι πραγμάτων ci. Halmius.

fr. 1074, 2 πολλὰς λαβὰς δίδωσιν ci. Meinekius.

Critiae fr. 1, 35 p. 598 ἀστέρος] διάπυρος ci. Herwerden.

Dicaeogenis fr. 3, 2 p. 602 σωφρονοῦντα κεὐποροῦντ' ἰδεῖν idem.

Chaeremonis fr. 12 p. 609. 'Nunc scribendum suspicor:

πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾶν παρῆν
ἁβραῖσι περκάζουσιν οἰνάνθαις ὁμοῦ.

Hoc dicit, multas adfuisse puellas adultas simul cum aliis ad maturitatem succrescentibus. Περκάζουσιν οἰνάνθαις dixit poeta ut Pindarus Ol. 6, 15 πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων, Aeschylus Ag. 562 δρόσοι — τιθέντες ἔνθηρον τρίχα, Theocritus Id. 15, 119 σκιάδες μαλακῷ βρίθοντες ἀνήθῳ. Nomen ὀπώρα nisi de nubilibus puellis dici non potuit, nec περκάζειν nisi de maturescentibus.' MEINEKIVS.

adesp. fr. 11 σωτῆρες ἐσθλοὶ ci. Rud. Hercher.

CORRIGENDA

In textu Aeschyli fr. 164, 2 scribe Λητῴας *fr. 189, 4* συστρέψας *Soph. fr. 532, 1* ποτ' *fr. 682* ἐπακτίοις *Aristarchi fr. 1, 5 p. 564* ἄλλος, *Neophr. fr. 2, 14 p. 566* τάλαινα

In annotatione ad Aesch. fr. 55 scribe ἀλφάνουσα *fr. 150* Priscianus Inst. p. 562, 16 *fr. 212* π. μον. λέξ. p. 36, 22 *Soph. fr. 65* Ἀκρισίῳ *fr. 108* ὁ δειπνοσοφιστής *fr. 189* ἀπ' ἀγῶνός *ibidem* παρ' αὐτῇ *fr. 309* ὠράζει. De verbo ὠράζεσθαι *fr. 404* Hesych. I p. 339, v. *fr. 439* Ath. XI *Eur. fr. 7* βαθυσπόρου *fr. 371* Etym. M. p. 153, 32: *fr. 968* Plut. Mor. p. 539 B: *fr. 1014* Anecd. Boiss. vol. 1 p. 155 *Agath. fr. 3, 3 p. 592* δ' οὖν ci. *fr. 6 p. 593* τέχνην'. τὸν εὐτυχοῦντα δὲ καὶ φρονεῖν φασί (Eur. fr. 1006). *adesp. fr. 9* Plut. Mor. p. 789 A

Praeterea p. 563 ΠΕΡΣΑΙ *in* ΠΕΡΣΕΥΣ *mutandum est.*

AESCHYLVS

ΑΘΑΜΑΣ

Huic dramati probabiliter adesp. fr. 1 adscribitur.

1

τὸν μὲν τρίπους ἐδέξατ' οἰκεῖος λέβης
ἀεὶ φυλάσσων τὴν ὑπὲρ πυρὸς στάσιν

Ath. II p. 37 F (Eust. Il. p. 740, 10): *ἦν γὰρ τὸ ἀρχαῖον δύο γένη τριπόδων, οὓς καλεῖσθαι λέβητας συνέβαινεν ἀμφοτέρους, ἐμπυριβήτης ὁ καὶ λοετροχόος· Αἰσχύλος 'τὸν μὲν — στάσιν'· ὁ δ' ἕτερος κρατὴρ καλούμενος.* cf. Ath. VII p. 316 B: *καὶ τρίπουν δὲ λέβητα Αἰσχύλος εἴρηκεν ἐν Ἀθάμαντι.* Eust. Od. p. 1541, 29: *καὶ τὸν τρίπουν λέβητα παρ' Αἰσχύλῳ.*

2

ἀήτους

Hesych. I p. 122: *ἀήτους· μεγάλας. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι* (*ἀθάμαντας* cod.).

3

ἀπαρτί

Hesych. I p. 427: *ἀπαρτί· ἀπηρτισμένως* (*ἀπαρτιᾶ ἀπαρτισμένος* cod.), *ἀκριβῶς. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι.* cf. Anecd. Bekk. p. 418, 12: *ἀπηρτισμένως· ἀκριβῶς.* ubi leg.: *ἀπαρτί· ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς.*

ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ

4

Ζαγρεύς

Anecd. Oxon. vol. 2 p. 443, 12 sive Etym. Gud. p. 227, 41: *τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἅιδου φασίν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ —. ἐν δὲ Αἰγυπτίοις* (*αἰγυπτί* vel *αἰγύπτῳ* libri, corr. Larcher) *οὕτως* (*ὅν τε* codex Paris.) *αὐτὸν διὰ* (verba *οὕτως αὐτὸν διὰ* om. cod. Ox.) *τὸν Πλούτωνα καλεῖ, τὸν ἀγραῖον τὸν πολυξενώτατον διὰ τῶν κεκμηκότων.* Extrema verba ex Suppl. 156 — 58 repetita esse vidit Larcher. Hermannus coniecit: *ἐν δὲ Αἰγυπτίοις οὕτως αὐτὸν*

τὸν Πλούτωνα καλεῖ· ἐν δὲ Ἱκέτισι τὸν Δία τὸν γάιον τὸν πολυξενώτατον Ζῆνα τῶν κεκμηκότων.

ΑΙΤΝΑΙΑΙ

Vita Aeschyli p. 4, 15 (Westerm. *Βιογρ.* p. 120, 52): *ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος ἐπεδείξατο τὰς Αἰτναίας οἰωνιζόμενος ἐντεῦθεν βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικίζουσι τὴν πόλιν.* Scripta igitur fabula est circa olymp. 76, 1. Chori partes Aetnaeae mulieres egerunt. *Αἰτναῖαι γνήσιοι* et *Αἰτναῖαι νόθοι* memorantur in dramatum Aeschyleorum catalogo.

5

τί δῆτ' ἐπ' αὐτοῖς ὄνομα θήσονται βροτοί;
σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.
ἦ καὶ Παλικῶν εὐλόγως μενεῖ φάτις;
πάλιν γὰρ ἵκουσ' ἐκ σκότου τόδ' εἰς φάος.

Macrob. Sat. 5, 19, 17: *di Palici in Sicilia coluntur, quos primus omnium Aeschylus tragicus, vir utique Siculus, in litteras dedit. interpretationem quoque nominis eorum — expressit versibus suis.* ibid. § 24: *Aeschyli tragoedia est quae inscribitur Aetna. in hac cum de Palicis loqueretur, sic ait 'τί δῆτ' — εἰς φάος'.* vs. 3 *μένει* ante Schneidewinum. vs. 4 ΙΙΚΟΥCΕΚCΤΟΥC codex Paris., *ἵκουσ' ἐκ σκότου* editores.

6

Stephanus Byz. p. 496, 9: *Παλική, πόλις Σικελίας — πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἳ εἰσι δαίμονές τινες, οὓς Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου.*

7

ποταμοὺς πολυηλακάτους

Schol. Il. *Π*, 183: *τὸν κάλαμον γὰρ τῶν βελῶν τινὲς ἠλακάτην φασί. καὶ Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις τοὺς ποταμοὺς πολυηλακάτους φησί.*

8

αἱμοί

Hesych. I p. 160: *αἱμοί· δρυμοί. Αἰσχύλος Αἰτναίαις* (*αἰτιναίαις* codex). Similiter dramatis nomine omisso Anecd. Bekk. p. 360, 30 Eust. Od. p. 1851, 27 Zon. Lex. p. 69. Pro *αἱμοὺς τοὺς δρυμούς* vitiose Eust. *αἵμους τοὺς δρόμους*, Zon. *αἵμους τοὺς δρόσους.*

9

ἀναξίαν

Hesych. I p. 333: *ἀναξίαν· βασιλείαν. Αἰσχύλος Αἰτναίαις* (*λιανοίαις* codex).

10

κρείσσονας

Hesych. 2 p. 343: *κρείττονας· τοὺς ἥρωας οὕτω λέγουσιν. δοκοῦσι δὲ κακωτικοί τινες εἶναι· διὰ τοῦτο καὶ οἱ παριόντες τὰ ἡρῷα σιγὴν ἔχουσι, μή τι βλαβῶσι. καὶ οἱ θεοὶ δέ· Αἰσχύλος Αἰτναίαις* (*αἰτναίας* codex). Editur *κακότυχοί τινες*: scripsi cum Hermanno *κακωτικοί τινες* ex Phot. Lex. p. 177, 8.

11

Iohannes Lydus de mens. p. 274 ed. Has. (p. 116, 6 Bekk.) de Saturno: *καὶ βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν ἡ ἱστορία παραδίδωσιν, ὡς ἔμπροσθεν ἀφηγησάμην, κατά τε τὴν Λιβύην καὶ Σικελίαν [οἰκίσαι τε τοὺς τό]πους καὶ [πόλιν] κτίσαι, ὡς ὁ Χάραξ φησί, τὴ[ν τότε μὲν λεγ]ομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Ἱερὰν πόλιν, ὡς [Ἰ]σίγον[ος περὶ Ἑλλη-ν]ικῶν θεῶν καὶ Πολέμων καὶ Αἰσχύλος ἐν τῇ Αἴτνῃ* (*ετνη* cod.) *π[αραδιδόασιν]*. Ita lacunas explevit Hasius.

ΑΛΚΜΗΝΗ

Non memoratur in dramatum Aeschyleorum catalogo, et fortasse in Hesychii loco (fr. 12) *καὶ Ἀμυμώνῃ* legendum cum Butlero.

12

ἀποστάς

Hesych. 1 p. 486: *ἀποστάς· φυγών. Αἰσχύλος Ἰσθμιασταῖς καὶ Ἀλκμήνῃ.*

ΑΜΥΜΩΝΗ

Apollod. 2, 1, 4: *ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας* (Argos dicit) *ὑπαρχούσης, ἐπειδὴ καὶ τὰς πηγὰς ἐξήρανε Ποσειδῶν διότι τὴν χώραν Ἥρας ἐμαρτύρησεν εἶναι, τὰς θυγατέρας ὑδρευσομένας ἔπεμψε* (Danaus). *μία δὲ αὐτῶν Ἀμυμώνη ζητοῦσα ὕδωρ ῥίπτει βέλος ἐπὶ ἔλαφον καὶ κοιμωμένου σατύρου τυγχάνει, κἀκεῖνος περιαναστὰς ἐπεθύμει συγγενέσθαι· Ποσειδῶνος δὲ ἐπιφανέντος ο σάτυρος μὲν ἔφυγεν, Ἀμυμώνη δὲ τούτῳ συνευνάζεται, καὶ αὐτῇ Ποσειδῶν τὰς ἐν Λέρνῃ πηγὰς ἐμήνυσεν.* Hyginus fab. 169: *Neptunus dicitur fuscina percussisse terram, et inde aquam profluxisse, qui Lernaeus fons dictus est, et Amymonium flumen.* Satyricum drama fuit.

13

σοὶ μὲν γαμεῖσθαι μόρσιμον, γαμεῖν δ' ἐμοί.

Ammonius Valck. p. 37 *γῆμαι* et *γήμασθαι* quomodo differant exponens: *καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀμυμώνῃ 'σοὶ — γαμεῖν δὲ μή'*. cf. Herodianus *περὶ ἀκυρολ.* in Anecd. Boiss. vol. 3 p. 263 et Etym. Gud. p. 125, 7. Fabulae nomen om. grammaticus Anecd. Bachm. vol. 2 p. 375. *γαμεῖν δὲ μή* Ammon., *γαμεῖν δ' ἐμοί* Anecd. Bachm., *ἐμοὶ δὲ γαμεῖν* Herod., *γαμεῖν δόμος* Etym. Gud.

14

κἄγωγε τὰς σὰς βακκάρεις τε καὶ μύρα

Ath. XV p. 690 C: καὶ μήποτε οὐκ ἔστι μύρον ἡ βάκκαρις. Αἰσχύλος γὰρ ἐν Ἀμυμώνῃ ἀντιδιαστέλλων φησί 'κἄγωγε — μύρα'.

15

θρώσκων κνώδαλα

Hesych. 1 p. 1738: θρώσκων κνώδαλα· ἐκθορίζων καὶ σπερματίζων, γεννῶν. Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ.

ΑΡΓΕΙΟΙ

16

καὶ παλτὰ κἀγκυλητὰ καὶ χλῆδον βαλών

Harpocr. v. χλῆδος p. 184, 22: Αἰσχύλος Ἀργείοις (ἀργείαις vel ἀργίαις libri) 'καὶ παλτὰ — βαλών'. πάλτ' ἀναγκύλητα ci. Salmasius.

17

Καπανεύς μου καταλείπεται
λοιποῖς ἀκέραυνος ἀρούρων
ἐπηλυσίων ἀπέλιπεν

Etym. M. p. 341, 5: ἐνηλύσια· εὐκίνητα. καὶ ἤλυσιν τὴν ἔλευσιν. Αἰσχύλος ἐν Ἀργείοις 'Καπανεύς — ἀπέλιπεν'. οἱ δὲ τὰ κατασκηφθέντα. οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν. εἰς δὲ τοὺς ἐτυμολόγους εὗρον· ἐνηλύσια λέγεται εἰς ἃ κεραυνὸς εἰσβέβηκεν (an ἐνέσκηψεν?), ἃ καὶ ἀνατίθεται Διὶ καταιβάτῃ καὶ λέγεται ἄδυτα καὶ ἄβατα. vs. 2 ἀρούρων] ἀρόρων DP. vs. 3 ἐνηλυσίων Stanleius. Locus corruptissimus. Hesychius 1 p. 1237: ἐνηλύσιος· ἐμβρόντητος, κεραυνόβλητος. et ἐνηλύσια· τὰ κατασκηφθέντα χωρία ἐνηλύσια λέγονται. ἔνιοι δὲ εὐκίνητα, παρὰ τὴν ἔλευσιν.

18

ἀπόσκημμα

Hesych. 1 p. 483: ἀπόσκημμα· ἀπέρεισμα (ἀπέρισμα cod.). Αἰσχύλος Ἀργείοις (ἀργίας cod.).

19

ἐμμέλεια

Hesych. 1 p. 1194: ἐμμέλεια· εἶδος ὀρχήσεως — τραγικὴ δὲ ἡ ὄρχησις. Ἀργυρίοις δὲ Αἰσχύλος ἀντὶ τοῦ σατυρική, ἥ ἐστι σίκιννις (σικήνης codex). Pro ἀργυρίοις Meursius et alii Ἀργείοις scripserunt, contra ἀκύρως δὲ Αἰσχύλος ἀντὶ τῆς σατυρικῆς Bothius. Hermannus proposuit τραγικὴ δὲ ἡ ὄρχησις. Αἰσχύλος Ἀργείοις. ἦν δὲ καὶ σατυρική, ἥ ἐστι σίκινις.

ΑΡΓΩ

Dramatum Aeschyleorum catalogus praebet titulum Ἀργὼ ἢ κωπαστής. Satyricam fuisse fabulam ci. Dindorfius.

20

ποῦ δ' ἐστὶν Ἀργοῦς ἱερόν, αὔδασον, ξύλον;

Philo Iud. vol. 2 p. 468: οὐδ' ἡ Ἀργὼ ναυαρχοῦντος Ἰάσονος ἐπέτρεπεν ἐπιβαίνειν οἰκέταις μεμοιραμένη καὶ ψυχῆς καὶ λογισμοῦ, φύσις οὖσα φιλελεύθερος· ὅθεν καὶ Αἰσχύλος ἐπ' αὐτῆς εἶπε 'ποῦ — ξύλον'. 'αὔδασον non est in αὔδησον mutandum: videtur enim verbum ex genere eorum esse de quibus Lobeckius in Phryn. p. 204 sq. egoque in Thesauro vol. 6 p. 1500 diximus'. DINDORFIVS.

21

Hyginus Poet. Astr. 2, 37 p. 490 de loco ubi Argo navis facta sit: *Homerus hunc eundem locum in Thessaliae finibus esse demonstrat. Aeschylus autem, ut nonnulli aiunt, a Minerva quandam materiam loquentem eodem esse coniunctam.* cf. Apollod. 1, 9, 16: κατὰ δὲ τὴν πρῷραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆεν φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ξύλον.

22

Schol. Apoll. Rhod. 1, 105: Φερεκύδης δὲ Ποτνιέα (sic Schneider, ποντε˜ L) ἱστορεῖ τὸν Τῖφυν, ὁ δὲ Αἰσχύλος ἐν τῇ Ἀργοῖ τὸν Τῖφυν Ἶφυν (^{μαρ}ιφυν L) καλεῖ.

ΑΤΑΛΑΝΤΗ ET ΒΑΚΧΑΙ

Vide dramatum Aeschyleorum catalogum.

ΒΑΣΣΑΡΙΔΕΣ

Βασσάραι dramatum catalogus et Hesychius v. εἰλλόμενον. Fuit tetralogiae Lycurgeae fabula secunda, cf. Schol. Ar. Thesm. 135 in fr. 59 allatum. Eratosth. Catast. 24 de Orpheo: τὸν μὲν Διόνυσον οὐκ ἐτίμα, τὸν δὲ Ἥλιον μέγιστον τῶν θεῶν ἐνόμιζεν εἶναι, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα προσηγόρευσεν, ἐπεγειρόμενός τε τῆς νυκτὸς κατὰ τὴν ἑωθινὴν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Πάγγαιον προσέμενε τὰς ἀνατολάς, ἵνα ἴδῃ τὸν Ἥλιον πρῶτον. ὅθεν ὁ Διόνυσος ὀργισθεὶς αὐτῷ ἔπεμψε (ἐπέπεμψε Valck.) τὰς Βασσαρίδας, ὥς φησιν Αἰσχύλος ὁ ποιητής, αἵτινες αὐτὸν διέσπασαν καὶ τὰ μέλη διέρριψαν χωρὶς ἕκαστον· αἱ δὲ Μοῦσαι συνήγαγον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις Λειβήθροις. Schol. lat. Arati p. 67: (Orpheus) *cum Apollinem maximum deum honoraret, Liberum autem patrem, a quo fuerat glorificatus, minime glorificaret, sedens in Pangaeo monte et expectans solis ortum, Liber indignatus misit Bacchas, ut Aeschylus scribit, quae eum membratim discerperent, collectisque membris eius sepelierunt cum in Lesbiis montibus.* Cf. Hermannus Opusc. vol. 5 p. 19 sq.

23

κάρφει παλαιῷ κἀπιβωμίῳ ψόλῳ

Schol. Nic. Ther. 288: *ψολόεις*] *σημαίνει δ' ἡ λέξις τρία· ἔστι γὰρ ψόλον* (*ψολόεν* Hermannus) *τὸ μέλαν, τὸ σποδοειδές, τὸ λαμπρόν. καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσαρίσι* (*βακκαρίσι* libri) '*κάρφει — ψόλῳ*'. *σκάρφει* codex Paris. 2403.

24

εἰλλόμενον

Hesych. 1 p. 1108: *εἰλλόμενον· εἰργόμενον. Αἰσχύλος Βασσάραις* (*βάσσαρες* codex). Simplicius in Aristot. de caelo fol. 125 b (p. 505 b 19 ed. Brandis.): *τὸ δὲ ἰλλομένην εἴτε διὰ τοῦ Ι γράφεται τὸ δεδεμένην δηλοῖ — εἴτε διὰ τῆς ΕΙ διφθόγγου γράφοιτο* (*γράφεται* ed. Ald.) *καὶ οὕτως εἰργομένην δηλοῖ, ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσάραις* (*καὶ οὕτω τὴν κωλυομένην σημαίνει, ὡς Αἰσχύλος ἐν Βαττάροις* ed. Ald.).

ΓΛΑΥΚΟΙ

Duo fuerunt huius tituli dramata, de quibus disputavit Hermannus Opusc. vol. 2 p. 59—75. Non satis apparet de utra fabula intellegendum sit Argum. Aesch. Pers.: *ἐπὶ Μένωνος* (olymp. 76, 4) *τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ* (*ποτνιεῖ* add. Schol. rec.), *Προμηθεῖ.*

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ

Pausanias 9, 22, 7: *τούτων τε δὴ ἔστι τῇ Ἀνθηδόνι μνήματα καὶ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καλούμενον Γλαύκου πήδημα. εἶναι δὲ αὐτὸν ἁλιέα, καὶ ἐπεὶ τῆς πόας ἔφαγε, δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι καὶ ἀνθρώποις τὰ ἐσόμενα ἐς τόδε προλέγειν οἵ τε ἄλλοι πιστὰ ἥγηνται, καὶ οἱ τὴν θάλασσαν πλέοντες πλεῖστα ἀνθρώπων ἐς τὴν Γλαύκου μαντικὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον λέγουσι. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων, τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ᾆσαι τὰ ἐς Γλαῦκον, Αἰσχύλῳ δὲ καὶ ἐς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσεν.* Pontium Glaucum Cicero adolescentulus scripsit teste Plut. V. Cic. c. 2: *καί τι καὶ ποιημάτιον ἔτι παιδὸς αὐτοῦ διασώζεται, Πόντιος Γλαῦκος, ἐν τετραμέτρῳ πεποιημένον.* Hermannus huc refert fr. 39 et 393.

25

ἀνθρωποειδὲς θηρίον ὕδατι συζῶν

Phryn. Bekk. p. 5, 21: '*ἀνθρωποειδὲς — συζῶν*' *ἐπὶ τοῦ Γλαύκου ἀναφανέντος ἐκ τῆς θαλάσσης. Αἰσχύλος.* Poetae verba parum accurate reddita videntur.

26

δαῦλος δ' ὑπήνη καὶ γενειάδος πυθμήν

Etym. M. p. 250, 4: *Δαυλίς — εἴρηται δὲ διὰ τὸ πολὺ δάσος*

ἔχειν· δαῦλον γὰρ τὸ δασύ. Αἰσχύλος ‘*δαῦλος — πυθμήν*’. ubi *δ'* om. libri. Eust. Il. p. 274, 24: *δαῦλον τὸ δασύ, ἡ προτέρα περισπᾶται· Αἰσχύλος* ‘*δαῦλος δ' ὑπήνη*’. Pausan. 10, 4, 7: *τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένον ὡς τὸ χωρίον ἔνθα ἡ πόλις* (Daulis) *ᾠκίσθη, παρείχετο συνεχῆ δένδρα. καλεῖσθαι δὲ τὰ δασέα ὑπὸ τῶν πάλαι δαῦλα· ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ Αἰσχύλον τὰ Γλαύκου τοῦ Ἀνθηδονίου γένεια ὑπήνην ὠνομακέναι δαῦλον.*

27

ὁ τὴν ἀείζων ἄφθιτον πόαν φαγών ;

Anecd. Bekk. p. 347, 24: *ἀπὸ τῆς ζῶς εὐθείας — γίνεται ἡ αἰτιατικὴ ζῶν, καὶ κατὰ σύνθεσιν ἀείζων. ὡς Αἰσχύλος Γλαύκῳ ποντίῳ* ‘*ὁ τὴν — φαγών*’.

28

καὶ γεύομαί πως τῆς ἀειζώου πόας

Anecd. Bekk. p. 347, 29: (*τῆς ζωός δισυλλάβου εὐθείας*) *ἡ γενικὴ ζωοῦ, ἣν Αἰσχύλος κατὰ σύνθεσιν προάγει εἰπών* ‘*καὶ — πόας*’.

29

Εὐβοΐδα καμπὴν ἀμφὶ Κηναίου Διὸς
ἀκτήν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.

Strab. X p. 447: *ἔστι δὲ καὶ ἅπασα μὲν ἡ Εὔβοια εὔσειστος, μάλιστα δ' ἡ περὶ τὸν πορθμόν, καὶ δεχομένη πνευμάτων ὑποφοράς, καθάπερ καὶ ἡ Βοιωτία —. ὑπὸ τοιοῦδε πάθους καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ ποντίῳ Γλαύκῳ* ‘*Εὐβοΐδα — Λίχα*’. vs. 1 *καμπὴν*] *καμπτὴν* *Bkl.*, *κάμπτων* ci. Meinekius Vind. Strab. p. 166. vs. 2 *αὐτὸν*] *αὐτὴν* *CDhis.*

30

κἄπειτ' Ἀθήνας Διάδας παρεκπερῶν

Vit. Arat. vol. 2 p. 430 (Westerm. *Βιογρ.* p. 53, 26): *Ἀθῆναι μὲν εἰσὶ τῆς Ἀττικῆς, εἰσὶ δὲ καὶ τῆς Εὐβοίας Ἀθῆναι αἱ Διάδες, ὧν μέμνηται ἐν Γλαύκῳ ποντίῳ Αἰσχύλος* ‘*κἄπειτ' — Περσῶν*’. Petavius edidit *εἰσὶ δὲ καὶ τῆς Εὐβοίας Ἀθηναίων Δαΐδαις μέμνηται*, quae correxit Valck. *Διάδας*] *Δαΐδας* ante Valck. *παρ' ἐκ Περσῶν* ante Scaligerum. Cum fr. 29 hunc versum iungendum esse ci. Meinekius.

31

καλοῖσι λουτροῖς ἐκλέλουμαι δέμας
εἰς ὑψίκρημνον Ἱμέραν δ' ἀφικόμην.

Schol. Pind. Pyth. 1, 152: *Ἱμέρας ποταμὸς Σικελίας. περὶ οὗ καὶ Αἰσχύλος φησὶν ἐν Γλαύκῳ* ‘*καλοῖσι — ἀφικόμην*’. vs. 1 *ἐκλελουμένος δέμας* ci. Heynius, qui vs. 2 *δ'* delet: neutra coniectura multum proficimus. Pontio Glauco locum adscripsit Hermannus.

32

κόγχοι μύες κὤστρεια

Ath. III p. 87 A: *τὰς δὲ κόγχας ἔστιν εὑρεῖν λεγομένας καὶ θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. — ἀρσενικῶς δ' Αἰσχύλος ἐν ποντίῳ Γλαύκῳ ‛κόγχοι μύες κ' ὄστρεα'.* Formam *ὄστρεια* testatur Ath. III p. 92 E: *ὄστρεια δὲ μόνως οὕτως ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι.*

33

Schol. Theocr. 4, 62: *τοὺς σατύρους* (*ἀκρατεῖς* ex alio scholio addit Casaub.) *οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ.* Glaucum pontium intellegit Hermannus.

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΤΝΙΕΥΣ

In dramatum catalogo non memoratur. De argumento cf. Probus in Verg. Georg. 3, 267 p. 62 ed. Keil.: *Potnia urbs est Boeotiae, ubi Glaucus Sisyphi filius et Meropes, ut Asclepiades in Τραγῳδουμένων libro primo ait, habuit equas, quas adsueverat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius. ipsum autem, cum alimenta defecissent, devoraverunt in ludis funebribus Peliae.* Huius dramatis Hermannus suspicatur esse fr. 318.

34

εὐοδίαν μὲν πρῶτον ἀπὸ στόματος χέομεν

Ar. Ran. 1528: *πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ ἐς φάος ὀρνυμένῳ δότε, δαίμονες οἱ κατὰ γαίας.* ubi Schol.: *παρὰ τὰ ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ Αἰσχύλου ‛εὐοδίαν — χέομεν'. πρῶτον* codex Ven., *πρῶτα* ceteri.

35

ἀγὼν γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους.

Schol. Plat. p. 904 b 36: *ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει. — Αἰσχύλος δέ φησι Γλαύκῳ Ποτνιεῖ ‛ἀγὼν — λελειμμένους'.*

36

ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρός,
ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι.

Schol. Eur. Phoen. 1194: *ἄξονές τ' ἐπ' ἄξοσι*] *καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ ‛ἐφ' — ἐκπεφυγμένοι'.* vs. 1 *ἅρματος*] *ἅρματι* cod. Aug. *νεκρῶν νεκροί* Vat. et Aug., *νεκρῷ νεκρός* tuetur Aristophanes qui Ran. 1403 priore versu utitur, ubi Schol. cod. Rav.: *ἐκ Γλαύκου Αἰσχύλου.* vs. 2 *ἐκπεφυγμένοι* Vat., *ἐκπεφ..μένοι* Ven., *ἐμπεφυγμένοι* Aug., *ἐμπεφυρμένοι* Valckenarius.

37

εἶλκον δ' ἄνω λυκηδόν, ὥστε διπλόοι
λύκοι νεβρὸν φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις.

Schol. BLV Il. *N*, 198: *ἑκατέρου τὴν ἄγραν εἰς ἑαυτὸν μετάγοντος, ὡς καὶ Αἰσχύλος περὶ Γλαύκου 'εἶλκον — μασχάλαις'*. cf. Eust. Il. p. 927, 39: *Αἰσχύλος δέ, φασί, μιμησάμενος ἔφη που 'εἶλκον — φέρουσι'*. vs. 1 δ' addidit Hermannus, qui Potniensi Glauco locum vindicavit. vs. 2 extrema duo verba om. Eust.

38

εὐφήμοις γόοις

Hesych. 1 p. 1536: *εὐφήμοις γόοις· δυσφήμοις, κατὰ ἀντίφρασιν. Αἰσχύλος Γλαύκῳ Ποτνιεῖ* (*γλαυκοποτνί..* codex).

39

Ξιφίρου λιμήν

Hesych. 2 p. 704: *Ξιφίρου λιμήν. Αἰσχύλος Γλαύκῳ Ποτνιεῖ. ὁ πορθμός· ταῦτα γὰρ πάντα τὰ περὶ Ῥήγιον ὡρείων*. Lemma scribendum esse *Ξιφωνίου λιμήν* ci. Bernhardy: *λιμένα Ξιφωνεῖον* memorat Scylax ed. Müll. p. 21. Mox *Γλαύκῳ ποντίῳ* Hermannus. In extremis verbis *τῶν περὶ Ῥήγιον ὁρίων* ci. Valesius, *νεωρίων* Albertius.

40

ἀμφίσωπον

Hesych. 1 p. 309: *ἀμφίσωπον· περίωπον, πάντοθεν ἀναπεπταμένον. Αἰσχύλος Γλαύκῳ Ποτνιεῖ*. Etym. M. p. 91, 12: *ἀμφίσωπον· περίβλεπτον.*

41

ἴτηλον

Hesych. 2 p. 82: *ἴτηλον· τὸ ἔμμονον καὶ οὐκ ἐξίτηλον. Αἰσχύλος Γλαύκῳ Ποτνιεῖ*. Phot. Lex. p. 118, 3: *ἴτηλον· τὸν οὐκ ἐξίτηλον, ἀλλ' ἀνεξάλειπτον. οὕτως Αἰσχύλος.*

ΔΑΝΑΙΔΕΣ

Disputavit de hoc dramate Hermannus Opusc. vol. 2 p. 319—336, qui huc referenda esse coniecit fr. 363 et 370.

42

κἄπειτα δ' εἶσι λαμπρὸν ἡλίου φάος,
ἕως ἐγείρω πρευμενεῖς τοὺς νυμφίους
νόμοισι θέντων σὺν κόροις τε καὶ κόραις

Schol. Pind. Pyth. 3, 27: *τὸ ὑποκουρίζεσθαι ἀοιδαῖς εἶπε διὰ τὸ τοὺς ὑμνοῦντας ἐπευφημιζομένους λέγειν σὺν κόροις* (*κούροις* ed.) *τε καὶ κόραις. Αἰσχύλος Δαναΐσι 'κἄπειτα — κόραις'*. vs. 1 *κἄπειτ'*

ἄνεισι Toupius. vs. 2 (ubi ἕως τ' ἐγείρει ci. Toupius) et vs. 3 interpretandi machinas eludunt; medelam desidero. De extremis verbis cf. Hesych. 2 p. 333: κουριζόμενος· ὑμεναιούμενος. διὰ τὸ γαμουμέναις λέγειν 'σὺν κόροις τε καὶ κόραις'. ὅπερ νῦν παρεφθαρμένως ἐκκορεῖν λέγεται. ita enim hic locus scribendus.

43

ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν·
ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
ἔκυσε γαῖαν· ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημήτριον·
δενδρῶτις ὥρα δ' ἐκ νοτίζοντος γάμου
τέλειός ἐστι. τῶν δ' ἐγὼ παραίτιος.

Ath. XIII p. 600 B: καὶ ὁ σεμνότατος δ' Αἰσχύλος ἐν ταῖς Δαναΐσιν αὐτὴν παράγει τὴν Ἀφροδίτην λέγουσαν 'ἐρᾷ μὲν — παραίτιος'. Hinc sua petiit Eust. Il. p. 978, 25: καί τις Αἰσχύλος, οὐχ ὁ ἐξ Ἀθηνῶν, ἀλλ' Ἀλεξανδρεύς *), ὡς ἡ κατὰ τὸν Ἀθήναιον ἱστορία δηλοῖ, φησίν 'ἐρᾷ μὲν — Δημήτριον' (vs. 1—5). vs. 1 τρῶσαι corruptum: χρῶσαι ci. Heathius, πλῆσαι Meinekius, equidem στρῶσαι temptabam. vs. 3 εὐνάεντος (ο supra α) C, unde εὐνάοντος Eust., εὐνασθέντος ci. Flor. Lobeckius, latet aliud quid. vs. 6 et 7 om. C et Eust. vs. 6 δένδρων τις AB, δενδρῶτις Hermannus. vs. 7 fortasse τῶνδ' praeferendum.

44

καθαίρομαι γῆρας

Hesych. 2 p. 100: καθαίρομαι γῆρας· ἐκδύομαι. Αἰσχύλος Δαναΐσι (δαίσι codex).

45

Strab. V p. 221 de Pelasgis: Αἰσχύλος δ' ἐκ τοῦ περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν ἐν Ἱκέτισιν ἢ Δαναΐσι (Ἱκέτισι καὶ Δαναΐσι ci. Hermannus) τὸ γένος αὐτῶν.

---

*) Merus error, cuius ansam praebuit Aeschyli 'Alexandrini locus paulo ante (p. 599 E) ab Athenaeo allatus. Similiter falsum est quod habet Eust. Od. p. 1389, 8: παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ 'χρυσώπιδες ἐλλοὶ νήχοντο', quem locum qui Sophocleis fragmentis inserendum putarunt, negligere non debebant verba ὀψοφαγίστατος καὶ βλακίστατος ab Eust. Il. p. 867, 61 ex Sophocle prolata: errorem Eustathii arguit Athenaeus VII p. 277 D. Euripidem dixisse vinum ἀρκεσίγυον idem narrat Eust. Od. p. 1910, 48 et fidem invenit: nos fidem habebimus Antiphani Com. 3 p. 119 sq.

ΔΙΚΤΥΟΥΛΚΟΙ

Δικτυουλκούς Hermannus dici suspicatur piscatores Seriphios, in quorum retia inciderit Danae cum Perseo exposita. Persei fabulam in *Φορκίσιν* Aeschylus attigit. *Δικτυουργοί* vitiose scriptum in dramatum catalogo.

46

δικτύου δ' εὐήτρια

Pollux 7, 35: *τὸ δὲ εὐήτριον Αἰσχύλος ἐν Δικτυουλκοῖς εἰ καὶ μὴ ἐπὶ ἐσθῆτος, ἀλλ' οὖν εἴρηκε 'δικτύου δ' εὐήτρια'. δικτύου*] *κερκίου* cod. A, quia statim *κερκίς* a Polluce subicitur.

47

ὄβρια

Aelianus N. A. 7, 47: *τῶν δὲ ὑστρίχων καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα ὄβρια* (adde *καὶ ὀβρίκαλα*) *καλεῖται· καὶ μέμνηται δὲ Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ Δικτυουλκοῖς.* Agam. 143 *θηρῶν ὀβρικάλοισι* poeta dixit, in *Δικτυουλκοῖς* igitur *ὄβρια* dixisse videtur. Photius Lex. p. 314, 23: *ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα· τὰ τῶν λεόντων καὶ λύκων σκυμνία. Αἰσχύλος Δικτυουλκοῖς* (*δικτυουλικοις* pr. m. cod.).

48

θῶσθαι

Hesych. 1 p. 1756: *θῶσθαι· δαίνυσθαι* (*δύνασθαι* cod.), *θωνᾶσθαι, εὐωχεῖσθαι. Αἰσχύλος Δικτυουλκοῖς.* Lemma corruptum videtur: pro *θωνᾶσθαι* Salmasius *θοινᾶσθαι* scribendum coniecit, *θωρᾶσθαι* ex Etym. Parisino Bastius in Greg. Cor. p. 358.

ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΤΡΟΦΟΙ

Bacchi nutrices quas finxerit Aeschylus, ignoramus *). Grammatici simpliciter *τροφούς* dicere solent. Satyricum fuisse drama ci. Böttiger, trilogiae eiusdem fuerit ac *Σεμέλη*.

49

Argum. Eur. Med.: *Αἰσχύλος δ' ἐν ταῖς Διονύσου τροφοῖς ἱστορεῖ ὅτι καὶ τὰς Διονύσου τροφοὺς μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεψήσασα* (*ἀφεψήσασα* ci. Elmsleius) *ἐνεοποίησε.* Schol. Ar. Eq. 1321: *ὥσπερ*

---

*) *Διωνύσοιο τιθήνας* iam Homerus Il. Z, 132 memorat nomina non addens. Hyadas dixit Pherecydes in Mülleri Fragm. Hist. vol. 1 p. 84. *Τέρπανδρός γε μὴν ὁ Λέσβιος Νύσσαν λέγει τιθηνηκέναι τὸν Διόνυσον* teste Lydo de mens. 4, 38. cf. Diod. Sic. 3, 70. *Ἐρίφην* commemorat poeta in Etym. M. p. 372, 4, *Θεσκέραν* Theognostus p. 106, 31.

ἡ Μήδεια λέγεται, ὡς μὲν Αἰσχύλος ἱστορεῖ, τὰς τροφοὺς τοῦ Διονύσου ἀφεψήσασα ἀνανεάσαι ποιῆσαι μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν.

50

βιοτὴν αὔξιμον ἐψιοῦσα

Phot. Lex. p. 47, 11: ἐψιοῦσα· τροφὰς διδοῦσα χόνδρον καὶ τὰ ἐψητά. Αἰσχύλος τροφοῖς 'βιοτὴν — ἐψιοῦσα'. Ἱππῶναξ. Lemma vitiosum: ἐμψιοῦσα recte L. Dindorfius (cf. Hesych. 1 p. 1209: ἐμψιοῦσα· ἐρέγματα διδοῦσα), vel potius ἐμψίουσα cum Lobeckio Rhemat. p. 154 et Bergkio Lyr. p. 596. Videtur ἐμψίουσα Hipponactea esse glossa, cui explicandae admotus fuerit Aeschyli locus fortasse sic scribendus, βιοτὴν αὔξιμον ἕψουσ', i. e. ἕψουσα. nam grammaticus ἐμψιοῦσα per ἐψητά interpretari non dubitavit.

51

δίκρα ὄψις

Hesych. 1 p. 996: δίκρα ὄψις· ἡ (ἢ cod.) διπλῆ. Αἰσχύλος τροφοῖς. Fortasse δίκρανος ὄψις legendum est.

52

πεδοίκου χελιδόνος

Hesych. 2 p. 898: πεδοίκου χελιδόνος· συνοίκου. Αἰσχύλος τροφοῖς (αἰσχυλοτρόφοις codex). cf. Phot. Lex. p. 403, 24: πεδοικούσης· μετοικούσης. ubi πεδοίκου corrigendum videtur.

ΕΚΤΟΡΟΣ ΛΥΤΡΑ v. ΦΡΥΓΕΣ

ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙ

Plut. V. Thesei c. 29: συνέπραξε δὲ καὶ Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων, οὐχ ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ, μάχῃ τῶν Θηβαίων κρατήσας, ἀλλὰ πείσας καὶ σπεισάμενος· οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι. Φιλόχορος δὲ καὶ σπονδὰς περὶ νεκρῶν ἀναιρέσεως γενέσθαι πρώτας ἐκείνας. ὅτι δ' Ἡρακλῆς πρῶτος ἀπέδωκε νεκροὺς τοῖς πολεμίοις ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους γέγραπται. ταφαὶ δὲ τῶν μὲν πολλῶν ἐν Ἐλευθεραῖς δείκνυνται, τῶν δ' ἡγεμόνων περὶ Ἐλευσῖνα, καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου. καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ (καὶ post Ἱκετίδων transponit Sintenis) ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται.

53

ἀοζήσω

Hesych. 1 p. 414: ἀοζήσω (ἀοξήσω cod.)· διακονήσω, ὑπουργήσω. Αἰσχύλος Ἐλευσινίοις (ἐλευσινίαις cod.).

ΕΠΙΓΟΝΟΙ

54

λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου

Ἥρας τε . . . .
τὴν δευτέραν δὲ κρᾶσιν ἥρωσιν νέμω
. . . .
τρίτον Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.

Schol. Pind. Isthm. 6, 10: *τὸν μὲν γὰρ πρῶτον* (sc. *κρατῆρα*) *Διὸς Ὀλυμπίου ἐκίρνασαν, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Διὸς σωτῆρος, καθὰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἐπιγόνοις* '*λοιβὰς — τε*' (vs. 1 et 2), *εἶτα* '*τὴν — νέμω*' (vs. 3), *εἶτα* '*τρίτον — λίβα*' (vs. 4). vs. 3 *γε* libri, *δὲ* Schützius.

55

τιμαλφής

Hesych. 2 p. 1388: *τιμαλφής· ἔντιμος, τιμὴν ἀλφαίνουσα — Αἰσχύλος δὲ ἐν Ἐπιγόνοις ἐπὶ τοῦ ἐντίμου.*

ΕΥΡΩΠΗ v. ΚΑΡΕΣ

ΗΔΩΝΟΙ

Prima tetralogiae Lycurgeae fabula: vide fr. 59. De mytho cf. Apollod. 3, 5, 1 et Hygin. fab. 132. Hermannus huc referenda suspicatur fr. 333 et 438.

56

σεμνὰ Κοτυτοῦς ὄργι᾽ ἔχοντες,
. . . .
ὁ μὲν ἐν χερσὶν
βόμβυκας ἔχων, τόρνου κάματον,
δακτυλόδικτον πίμπλησι μέλος,
μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν,
ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ
. . . .
. . *ψαλμὸς δ᾽ ἀλαλάζει·*
ταυρόφθογγοι δ᾽ ὑπομυκῶνταί
ποθεν ἐξ ἀφανοῦς φοβεροὶ μῖμοι,
τυπάνου δ᾽ εἰκὼν ὥσθ᾽ ὑπογαίου
βροντῆς φέρεται βαρυταρβής.

Strabo X p. 470 sq.: *τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς* (*ἡδωνοῖς D*, sicut mox *Ch*) *Αἰσχύλος μέμνηται καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ὀργάνων* (*καὶ τῶν — ὀργ.* om. *Bklno*). *εἰπὼν γὰρ* '*σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς* (*Αἰσχύλος μέμνηται* addunt *CDhi*), *ὄρια δ᾽ ὄργαν᾽ ἔχοντες* (*ἔχοντας Dhinop*)' *τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον εὐθέως ἐπιφέρει* '*ὁ μὲν — ὀτοβεῖ*' (vs. 2—6) *καὶ πάλιν* '*ψαλμὸς — βαρυταρβής*' (vs. 7—11). *ταῦτα γὰρ ἔοικε τοῖς Φρυγίοις· καὶ οὐκ ἀπεικός γε, ὥσπερ αὐτοὶ οἱ*

Φρύγες Θρᾳκῶν ἄποικοί εἰσιν, οὕτω καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖθεν μετενηνέχθαι. καὶ τὸν Διόνυσον δὲ καὶ τὸν Ἠδωνὸν Λυκοῦργον συνάγοντες εἰς ἓν τὴν ὁμοιοτροπίαν τῶν ἱερῶν αἰνίττονται. Ath. XI p. 479 B: *καὶ τὰ κύμβαλα δ' Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς* (*ἡδωνοῖς* libri) *κοτύλας εἴρηκεν* '*ὁ δὲ — ὀτοβεῖ*' (vs. 6). Schol. BV Il. *Ψ*, 34: *κοτύλας — Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς* (*ἡδωνοῖς* libri) *τὰ κύμβαλα* '*ὁ δὲ — στοβεῖ*' (vs. 6). Eust. Il. p. 1282, 60: *Αἰσχύλος καὶ τὰ κύμβαλα κοτύλας φησίν, οἷον* '*χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ*'. vs. 1 *Κότυς*] *κόπτουσ' Dh*, *κόπτους C*, *Κοτυτοῦς* scripsi. verba *ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς* librariorum errore hic iterata sunt. *ὅρια* et *ὄργανα* dittographiae sunt oblitterati vocabuli *ὄργια*. itaque *σεμνὰ Κοτυτοῦς ὄργι' ἔχοντες* restitui. vs. 3 *βομβήκας Bkoxy*. vs. 4 *δακτυλόδεικτον* libri, *δακτυλόδικτον* Pauwius. cf. Hesych. 1 p. 880: *δακτυλόδικτον· δακτυλωτὸν ἔκπωμα κτλ.*, ubi prioris glossae huc referendae interpretatio excidit, altera glossa Ionis locum spectat (fr. 1). vs. 6 *χαλκοθέοις* Strabonis libri. *ὀτοβεῖ*] *στοβεῖ* Schol. Il. cod. V, *ἠχεῖ B*, *ὀττόβει* Strabonis cod. *D*, *ὀτόβει Ch*. vs. 8 *ὑπομηκῶνται Bkno*. vs. 9 *φοβεροὶ E*, *φομέριοι B* (ex corr.) *Ck*, *φοβέριοι Dhilnox*. vs. 10 *τυμπάνου* codices. *εἰχὼν B* (ex corr.) *lx*, *ἠχὼ kno*. *ὑπογέου CDhims*, *ὑπογείου Bk*.

57

ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη

Longinus de subl. c. 15, 6: *καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται,* '*ἐνθουσιᾷ — στέγη*'. Versum huc rettulit Welcker.

58

τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄλλο ἀβρατεὺς ὃν σθένει

Ar. Av. 276: *τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπος ὄρνις ὀριβάτης;* ubi Schol.: *παρὰ τὰ ἐξ Ἠδωνῶν* (*ἡδόνων* V) *Αἰσχύλου* '*τί ποτ' ἔσται ὁ μουσόμαντις ἄλλο ἀβρατεὺς ὃν σθένει*'. Suidas v. *μουσόμαντις*: *παρὰ τὸ ἐξ Ἠδωνῶν* (*ἡδονῶν* ABE, *ἡδωνῶν* cett.) *Αἰσχύλου* '*τίς ποτ' ἔσται ὁ μουσόμαντις ἄλαλος ἀβρατεύς*'. Locus *μουσόμαντιν* suum nondum nactus est; equidem temptabam *τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις; ἀλλὰ βᾶτε σὺν σθένει.* quae Lycurgi verba esse poterant suos hortantis ut Bacchum invaderent.

59

ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;

Ar. Thesm. 135: *καί σ' ὦ νεᾶνις, ἥτις εἶ, κατ' Αἰσχύλον ἐκ τῆς Λυκουργίας ἐρέσθαι βούλομαι* '*ποδαπὸς — στολή;*' ubi Schol.: *τὴν τετραλογίαν λέγει Λυκουργίαν· Ἠδωνούς, Βασσαρίδας, Νεανίσκους, Λυκοῦργον τὸν σατυρικόν. λέγει δὲ* (Lycurgus) *ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς πρὸς τὸν συλληφθέντα Διόνυσον* '*ποδαπὸς ὁ γύννις;*' Integrum versum ex Aeschylo repetitum esse probabiliter ci. Böttiger: maiora molitur Fritzschius in Ar. Thesm. p. 44—47.

60

μακροσκελὴς μὲν ἄραμα χλούνης τις ἢ

Schol. B Il. *I*, 539: *χλούνην οἱ μὲν ἀφριστήν· χλουδεῖν γὰρ τὸ ἀφρίζειν τινὲς Δωριέων ἔλεγον· ἄλλοι δὲ κακοῦργον· καὶ γὰρ τῶν ἀρχαίων ἰαμβοποιῶν τινὰ φάναι ʻἀνὴρ ὅδ' ἑσπέρης καθεύδοντα ἄπουν ἔδησε χλούνην'* (Meinek. Choliamb. p. 121 sq.)· *Ξενοφῶντα δὲ γένος τι Ἰνδῶν φάναι τὸν χλούνην εἶναι, καθάπερ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἠδωνοῖς ʻμακροσκελὴς — ἢ'*. Eust. Il. p. 772, 53: *ὅτι δὲ καὶ ἐκτομίαν ὁ χλούνης δηλοῖ. οὐ μόνον Αἰσχύλος δίδωσι χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ Αἰλιανὸς μάλιστα ἐν τοῖς περὶ προνοίας.* Versum quomodo corrigam non habeo, nec probabilis videtur Hermanni suspicio Opusc. vol. 5 p. 13 exposita.

61

ἄδασμος

Hesych. 1 p. 85: *ἄδασμος· οὐδένα δασμὸν* (*δεσμὸν* cod.) *ἐκτελοῦσα, οἷον τελοῦσα ἐνοίκιον. Αἰσχύλος Ἠδωνοῖς* (*ἡδονήν* codex). Phot. Lex. p. 8, 4: *ἄδασμος· οὐδένα δασμὸν ἐκτίνουσα οὐδὲ μερίζουσα δασμὸν τῆς οἰκήσεως. οὕτως Αἰσχύλος.*

62

αἰγίς

Hesych. 1 p. 138 et Suidas: *αἰγίζειν· διασπᾶν, ἐκ μεταφορᾶς — ἀπὸ τῶν καταιγίδων. Αἰσχύλος. ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖς* (*ἡδονῇ* Hesychii codex) *καὶ τὰς νεβρίδας* (*νευρίδας* Hesychii cod.) *οὕτω λέγει* (*καλεῖ* Suid.). Verba extrema, *Αἰσχύλος — καλεῖ*, in Suidae v. *Ἠδωνίς* ineptissime repetuntur tanquam *Ἠδωνοί* nominis exemplum.

63

ἀμφίδρομος

Hesych. 1 p. 298: *ἀμφίδρομος. Αἰσχύλος Σεμέλῃ ἔπλασε δαίμονα*
η
καὶ (*καινὸν* Mus.) *περὶ τὰ ἀμφιδρόμια, ᾠδει* (*ὡς εἰ* Mus.) *ἔλεγες τὸν γενέθλιον. δηλοῖ δὲ καὶ ἐξ ἑκατέρου μέρους θεώμενον ἢ προηγούμενον ἢ ὁρμᾶν δυνάμενον, ὡς Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς* (*ἡδωνές* cod.). Videntur duae glossae coaluisse.

64

ἄσσιστα

Hesych. 1 p. 580: *ἄσσιστα· ἔγγιστα. Αἰσχύλος Ἠδωνοῖς* (*ἡδωνῶν* codex).

65

ἴκταρ

Erotianus Gloss. Hippocr. p. 192: *ἴκταρ· ἐγγύς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς Αἰσχύλος — μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως καὶ ἐν Ἠδωνοῖς.*

ΗΛΙΑΔΕΣ

